

Ann. II.

Num. IV.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium subnotationis annuae, *praesolvendum*, in Italia est Libel. 10;  
ubique extra Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, VOCIS URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES  
LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN STATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENT.  
Apud  
COMMISSIONAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 113 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND  
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St

IN GALLIA

LUGDUNI  
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
Rue Victor Hugo, 5

LUTETIAE PARISIORUM  
LIBRAIRIE VIC ET AMAT  
CHARLES AMAT SUCC.

Rue Cassette, 11.

INSULIS (LILLE)  
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
Rue de Metz, 41.

RERUM INDEX

DE COLONIIS DEQUE EARUM UTILITATE . . . . .	Eucalyptus.
DE MUSICA GRAECA . . . . .	F. Ramorino.
DE MONUMENTO CARDINALI LAVIGERIE ERECTO . . . . .	Laelius.
LEOPARDIANA . . . . .	Ioseph.
ASCENSUS IN ALPES . . . . .	Franc. X. Reuss.
DE LYRICIS HORATII CARMINIBUS . . . . .	I. Lemette.
GLADIATOR MORTI PROXIMUS . . . . .	Caius.
NITITUR IN CAELUM VIRTUS . . . . .	T. C.
EX BATAVIA . . . . .	M. L. Microvir.
DE SANCTI IOACHIMI TEMPLO . . . . .	A. P.
DE VENETI DUCIS PALATIO . . . . .	H. D. V. Pieralice.
IN ALEXANDRI VOLTA HONOREM . . . . .	Alpha.
«TREMULUS DAEMONIS SONITUS», vulgo <i>Il trillo del diavolo</i> . . . . .	Hersilus.
ANTHEA ( <i>Eamus ad Ipsum</i> ) . . . . .	P. Angelini.
IN MEMORIAM . . . . .	C.
FRUSTULA . . . . .	Forfex.
ANNALES .. . . . .	Egnatius.
AENIGMATA . . . . .	X.

*In secunda operculi pagina.*

VARIA: Nuptiae tristes — Regna profunda — Ciclopibus digna — Numerorum arcana —  
Veneranda Buddhae — Horologium praestantissimum — Ioci.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

## \* VARIA \*

### Nuptiae tristes.

(Saepe extrema gaudii luctus occupat).

Nonis februariis, Sassari in Sardinia, cum nuptiae celebrarentur inter quendam Salvatorem De Martis et Remediem Canu, apud eos multi aderant invitati. Dum autem omnes laetitia perfundebantur, atque hinc inde omina emittebantur et vota, aulae pavimentum repente procubuit, et precipites in subiectum horreum fere omnes iverunt. Sponsus et sponsa et alii viginti misere perierunt.

\*

### Regna profunda.

His, quibus ab ascensu et perscrutacione montium altissimorum nomen factum, quique ab Alpibus *alpinistae* vocantur, nova succedit scrutantium acies, immo haec ultima cum primis vivere diu et feliciter optat, sed oppositum tenens; illi enim aetheria, hi inferna. Ne paveas, o lector. A *spelaeis* perlustrandis, haec turba sibi nomen posuit, *spelaeogiam* studium, in quod incumbit, vocavit.

Siqua fides omnianti, magnum a *spelaeogistis* fructum speramus tum scientiae, tum utilitati populum,

*Divitias etenim prudens obduxit avaro  
Terra sinu.*

\*

### Ciclopibus digna.

Vulcano tortis oculis aspiciente, in Lutetiana Parisiorum Expositione opus conficitur manibus dignum et conatu et ausu giganteo. Quum enim virium dispendium ingens necessarium sit ad commovendas cuiusvis generis machinas illic exponendas, necessariae pariter essent fornaces innumerae, quibus, calefactis aquis, dexter ad multiplices motus vapor emerget. At nubibus fumi crassior aer diei claritati officeret, et ipsi tenebrescent soles. Hinc duas ad fornaces tantum reducta res est, iisque duabus due pariter superimponentur turres (Aetnaei camini!), quarum altitudo ad octoginta metra pertineat, et supremus hiatus inter quatuor metra et dimidium contineatur. In ventosas regiones aetheris migrans dissipabit facile fumus.

*At quae fundamina molienda! Qui ad moles tantas muri!  
Ciclopum opus!*

\*

### Numerorum arcana.

Par numerus quoties iteretur, et quoties paribus multiplicetur, semper paribus desinit; sic 2, 4, 6, 8 etc. Impar numerus quoties additur sibi, toties dat modo parem, modo imparem; sic 3, 6, 9, 12, 15, et sic de ceteris. Novem autem hoc sibi vindicat proprium ut quoties sibi addatur, seu multiplicetur, semper novem prognat; sic 18 = 9, 27 = 9, 36 = 9, 45 = 9.

Si seriem unitatum, 8<sup>a</sup> nota tantum excepta, assumas, eamque per numerum 9, 18, 27, 36 etc. multiplices, habebis hoc singulare: 12345679 × 9 = 111 111 111; insuper 12345679 × 18 = 222 222 222; insuper 12345679 × 27 = 333333333, et ita pro reliquis crescente iuxta seriem nota, et constante modo novem 4, modo novem 5, prout nota multiplicaveris.

Si seriem hanc numerorum acceperis: 142 857 et illam multiplicando deduxeris per 3, 2, 6, 4, 5,

obtinebis quadratum perfectum numeris perpendicularibus et horizontalibus, in quibus notae perbelles de loco in locum demigrant. Do exemplum:

$$\begin{array}{r} 142\ 857 \times 3 = 428\ 571 \\ \times 2 = 285\ 714 \\ \times 6 = 857\ 142 \\ \times 4 = 571\ 428 \\ \times 5 = 714\ 285 \end{array}$$

Additio pariter, quae et summa dicitur, eadem praebere potest.

$$\begin{array}{r} \text{Exemplum offero } 5882352941176470 + \\ 2941176470588235 \\ \hline 8823529411764705 \end{array}$$

Secundus additionis terminus hic identicus ac primus gaudet constataque notis, excepto tantum quod primae sex notae termini primi in fine habeantur, et non in capite. Totum autem quod ex ambobus terminis exsilit, pariter identicum primo termino est, hoc tantum praeter, quippe nota 5 primo in termino princeps, hic novissima ordine habetur, ceteris uti in primo gradientibus.

Si digna scitu, ac vestigatione lectorum haec futura videantur, interdum alia eiusdem generis subiiciemus.

\*

### Veneranda Buddhæ.

Regi Siam, qui unus tantum e regibus Buddhæ religionem colit, a potestate anglica in India oblatæ sunt Buddhæ Cakiamunni reliquiae in arce Nepaul olim certissime repertæ.

Bonus rex, missus legato in Anglicas Indias ad hoc, eas accipiet, ac inter Buddhae sacerdotes, qui in Birmania et Ceylan, partem earum distribuet.

Nunquid regali adoratori suo Buddha deerit? Minime gentium! Sapiens, si algebis, tremes!

\*

### Horologium praestantissimum.

Horologii artificium omnino mirabile et mole ipsa spectandum nuper condidit quidam Noll Bruxellis in Belgio. Nihil in cwendis, nihil in feriundis metallis, quibus constat pondo quatuor millium chilogrammatum, machinae commendatum, sed singulæ partes, manu quinquennio assida, fabrefactæ sunt opificis dextera. Iam quale sit lobet indicare.

Templi imaginem praesefert, in quo circiter quadraginta simulacra diversis intenta et addicta gerendis, viventium more ad propria singulis incombunt.

Apostoli duodecim singulis horis a porta procedentes ante benedicentem Iesum pertransiunt, et in sua se recipiunt.

Cetera vero inter simulacra, quae opportuno proprioque sibi tempore commoveantur, sunt quatuor anni tempestates, districta falce mors, aeditus qui campana turris aera, ad vesperas ciens populum, pulsat, sex Minoritas Barbatæ, queisa longo *caputio* nomen; hic praeterea quatuor humanae vitae aetates abeunt, et cuculus cucullat, et gallus cuccurit. Est vigil nocturnus, qui tum oricalcho signum canit, tum timpana coriaria percudit; sunt denique christifideles, qui adsunt sacrificio solemnibus cantionibus celebrato. Singulis motus, modus, et vox.

Haec autem omnia rite accommodata et

aptata sunt ad horas cuique proprias, et iuxta peragendas tempore actiones, atque ita disposita, ut horis integris, dimidiatis, quadrantibus horæ, insuper mensibus, annis, diebus, momentis, ut aiunt, *primis* et *secundis*, festis mobilibus, certis non modo sufficient annò assignatis, sed in futurum per annos centum et quatuor protractantur.

Mirabile profecto opus, at ex hoc mirabilius, quia et omnia et singula excitari ad motum possunt, quin horologii motus quomodocumque turbetur.

\*

### Ioci.

Visum bellugas carcere inclusas Curcumio filium Lucilium adduxerat. « Pater mi », Lucilius petit, « leone hic vel leaena? » Tum pater: « Duo hic sunt; de quo interrogas? » Et filius: « De illo, pater, qui turbatus villis, et sulcatus unguibus frontem, nasum et genas gerit ». « Ah! » suspirans et domesticarum cum uxore rixarum Curcumio memor respondit. « Ille, Lucili mi, ille laceratus ore, profecto ille coniux leaenæ est! »

Magistro pueros docenti olim fuisse mare, vel quid simile, ubi Saharae solitudo nunc est et interroganti quibus ex loci notis, quibusque signis adhuc reliquis istud probetur, reddidit ultra puer: « Quippe adhuc Mauri (Nigri) albis illic femorabibus, quibus balineari et natantes utuntur ».

Quum puellula Aloisia audiret dicentem statutam esse hominibus singulis mortem, « O mater », compellat, « et quisnam hominem novissimo morientem capsæ includet? »

Diue moerens illius novissimi hominis calamitate fuit.

Patricia in domo quum agerentur choreæ, Rabulanus et Lucilia, duo mordacissimi hominum, casu quadam simul saltationem ducebant. Sociam ille ad sedem reducens, quasi felinae linguae oblitus, — Vita — inquit — te comite, nunc primum non est mihi visa desertum.

— Minime — Lucilia respondit — desertum immo Libycum videbatur.

— Undenam ista tibi de me? — petiit Rabulanus.

— Atqui — Lucilia addidit — inde cognovi, quia tu dromadis more saltabas.

Tum Rabulanus: — Necesse hoc mihi fuit, ne socia canis paeverteret.

*Canius Impoliti*, doctoris adepturus lauream, coram concilio magistrorum pro thesi data sermonem faciebat. Non semel nec bis unus e concilio, Ursus Rustici, modo capitis motu, modo verbum intersetens haud amicum, tentabat vel perorantem terrere, vel in errorem inducere. Per taesus Impoliti Canius ait: « Ubi tacuero, tu dices; nunc interruptio saltem in urbana est ». Excanduit Rustici Ursus, et: « Non miror », dixit, « haec te impolite ferentem, nam Respondent rebus nomina saepe suis ».

Amaram in agnomen suum allusionem non tulit Canius, et illico:

*Scimus, et hanc veniam petimusque, damusque vicissim!*

Ad haec praeses, miratus adolescentis alacritatem, tamen, mordens utriusque nomen: « O dignum », inquit, « utroque nomine duellum! »

Proh! et dignus utrisque praeses!

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
In Italia . . . . . Lib. 10 Ubique extra . . . . . Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3		ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE - Via Alessandrina, 87.

## DE COLONIIS

## DEQUE EARUM UTILITATE

**M**EMORATU dignum mihi videtur quod nostris temporibus Europae nationes in deducendas colonias cupidissime intendunt. Itaque Oceaniam, Asiam, Africam pervadunt, novas terras ad excolendum inquirent, quo suos quaeque immittat cives novasque adiungat possessiones.

Haud nostrum est disputare, utrum ad haec eas impellat nimis aucta hominum multitudo, an illa Dei providentia qua mundus administratur, ut Iaphet filios suos dilatet, qui Christi fidem ceteris populis communicent.

Quidquid sit de causis, unam nobis proposuimus quaestionem, an nationibus, a quibus deductae, afferant utilitatem coloniae.

\*\*

Si historiam consulamus vitae magistrum et temporum testem, haec habemus: Phoenices, Graecos, Romanos, Italos, Lusitanos, Hispanos, Batavos, Anglos, Gallos et alios populos in complures easque dissitas regiones misisse quidem colonias, sed alios alia ratione dissimilique fortuna. Phoenicibus, Graecis atque Italos aetatis, quae dicitur media, commercii potior, quam possessionis cupiditas. Sectabantur enim idonea loca, quo industriarum inventa artesque suas transserrent, commutandisque mercibus ingenia sua exercentes, optime non minus humanitati quam lucro consuluerunt.

Nam id genus coloniae civitatibus, unde provenerant, egregium nomen peperere, et dum mercaturis mercibusque, quas exportaverant, locupletem patriam fecerunt, artes suas, mores, studia propagando, cultum humano agrestes gentes docuerunt.

\*\*

Itaque Carthago floruit et Massilia, quarum altera tum occidit, quum contra institutum colonias per arma et possessiones concupivit, altera diu florentissima persistit, atque ipsi Romanae reipublicae non semel armis et pecunia sua opitulata est. Quid de Graecis? Quot in Asia urbes celeberrimae, quot monumenta, quot in Sicilia et in ipsa Italia civitates illustres gloriam huius populi testantur? Qui proletarios omni militiae onere solutos voluit, ut in quasque terras libere migrare possent. Atqui quanta praesidia retulit ex huiusmodi coloniis Graecia belli domique? Ipsa omnium artium et doctrinarum inventrix Romanis rerum dominis humanitatis studia intulit, ab hisque capta ferum victorem cepit.

Itali autem barbarorum timore atque tyrannorum dominatu excuso in liberas se constituere civitates, quae maxime rebus maritimis excelluerunt.

His non deductae coloniae, sed vasta constituta cum Orientis populis commercia ingentes divitias fecerunt. Tum Italiae nomen adeo per illas regiones evulgatum, ut etiam nunc veterem auctoritatem in Africa atque in Asia italica lingua diffusa testetur. Ceteris excelluit Venetiarum res publica, quae non semel oblatam possidendi occasionem respuit, et tamen negotia cum exteris nationibus exercendo ad summum potentiae peruenit. Utinam haec praeclara civitas in instituto suo manere voluisse! Sed a virtute descitum ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta servitatem pati coegit.

\*\*

Romanae coloniae alium finem sibi proponebant. Civiles hae et militares, utraeque tamen regiones bello vastatas occupabant; alterae ut agros excoherent, alterae ut contra hostium incursiones essent praesidio. Patriis legibus utentes romanum nomen et linguam propagarunt. De miliaribus oppida, de civilibus nationes latinae supersunt. Sed hae coloniae sub potestate reipublicae fuerunt qua fines imperii Romani attingebant, nec videntur cum aliis comparanda.

Hispani vero, Batavi, Angli et Galli, postquam territoria occupaverunt, colonias condidere in quas dominationem exercebant. Id genus coloniarum quantum Hispaniae obfuerit testis historia; imminuta enim hominum frequentia, propter in Americam migrationes, infirmiorem in Europa fecit. Bella ingentia ad eas sub sua potestate retinendas gessit, quorum postremum nostris temporibus fere omnibus coloniis Hispaniam gravissimo damno orbavit.

Nec Anglis profuit dominari in colonias suas; ab eorum enim imperio sub finem transacti saeculi desciverunt quas in America septentrionali condiderant; monitum ne nimis Indiarum vastissimo imperio confidant; quod simili elabi potest ratione, si ducem aptum invenerit; odit enim quisvis populus alienam dominationem, nec facile bellum tam dissitis regionibus.

Nec obiiciatur huiusmodi colonias magnis patriam suam augere divitiis. Plane enim contra evenit. Ex editis in Gallia documentis constat anno MDCCXX expensum duodecies centena millia gallicorum argenteorum pro coloniis, vix que ab his pro tanta pecunia dimidium per-

ceptum. Nec leges prosunt ad tutandum commercium, quod monet experientia. Probatum est enim inter Angliam et septentrionalem Americam florere nunc commercium multo magis quam antea, quum Anglia in America dominabatur.

\*\*

Definiendum igitur, colonias cum dominatione citius aut serius fore damno nationibus, quae eas retinent; utiles vero esse, quae commercii causa sine ullo ditionis cum patria vinculo immittuntur. Utinam sentiret hoc Italia nostra, soveret atque instrueret qui ex suo populo in America meridionali aut sunt aut eo commigrant! Quanta sine ulla civilium potestatum suspicione commoda inde deduceret ipsa, cui africanae possessiones magnae fuerunt calamitati!

EUCALYPTUS.

## DE MUSICA GRAECA

**A**URES nostrae ita, natura praeunte, percipiunt sonos ut non modo de his iudicium feramus differentiasque cognoscamus, verum etiam delectemur maxime si congruentes coaptatique sint modi, angamur vero si dissipati atque incohaerentes sensum feriant. Musici autem modi arcto vinculo cum moribus nostris coniunguntur, nihilque tam proprium est humanitatis quam remitti dulcibus modis, adstringi contrariis, levibus et concitate strepentibus ad hilaritatem et alacritatem perduci, gravibus et tranquille incidentibus ad severitatem et moestitiam.

Veteres Graeci cum primi quanta vis esset musices experti sunt, et ut nemo apud eos vir clarus existit sapientiae nomine quin eius studiosus esset, ita unaqueque gens suos habebat modos quibus prae ceteris delectabatur; unde sermo esse solet de modo *lydio*, *pbrygio*, *dorio* et ceteris. Illud tamen animadvertisendum est, huiusmodi appellations, si a variis Graeciae stirpibus originem duxerunt et initio nil aliud significarunt nisi modorum genus cuique genti in deliciis habitum, at procedente tempore iuris communis factas esse ut quedam consonantarum genera designarent quarum distinctio artem tradituras necessaria videbatur.

Hinc fit ut cum legimus in graecis scriptoribus locutiones λυδιστι, φρυγιστι, δωριστι et similia, saepe quo sensu accipienda sint haereamus.

Celeber est inter ceteros locus ille in tertio Platonis *De republica* libro, ubi inter Glauconem et Socratem disputatio instituitur quae harmonia futuros civitatis custodes deceat. Cum enim μέτρα ex tribus constet, verbis et vocibus et rhythmo, cumque qualia verba esse debeant iam ante dictum esset, pergit Socrates de harmonia loqui: « Diximus, ait, in sermonibus haud convenire planctus questusque; quaenam igitur harmoniae sint flebiles dic mihi.

Mixolydiorum, inquit, et συντονολυδιστι et aliae eiusdem generis. Nonne igitur hae, inquam, tollendae sunt? inutiles enim et mulieribus magis dignae quam viris. Sane. Porro ebrietas et mollities et desidia a custodibus alienissima. Utique. Quae igitur harmoniarum molles sunt et in epulis usitatae? Iuxta, inquit ille, et λυδιστι quae laxae appellantur. Harum igitur, amice, ususne erit apud viros ad bellum institutos? Minime, inquit, at relinquitur δωριστι et φρυγιστι. Ignoro, inquam, harmonias, sed eam relinque, quae viri fortis in re bellica versantur imitetur sonos, et si usus sit, euntis ad vulnera vel ad mortem convenienter virtutem sustineat, et aliam rursus relinque pacis tempore aptam, quae cum opus sit vel suadere vel horari vel docere homines vel Deos precari, prudenter et modeste se gerenti utilis fiat ». Ex republica sua igitur Plato harmonias μιξολυδιστι, συντονολυδιστι ut indignas viris, iuxta et λυδιστi ut minima molles excludi volebat; nec relinquebat nisi φρυγιστi et δωριστi.

Concinit de dorica harmonia cum Platone Aristoteles, qui in octavo *Politicorum* libro eam laudat ut σταυροτάτην, firmissimam, et maxime habentem ἀρετήν, morem virilem.

Quonam sensu hic Plato harmonias μιξολυδιστi, συντονολυδi et ceteras accepisse dicendum est? En quaestione multum vexatam, cuius solutio perdifficilis est. Inter recentiores illi qui graecae musices studio nominis claritatem sibi peperunt, ut Westphall Germanus et Gowaert Belga, in hanc opinionem venerunt, voluisse Platonem eadem genera diapason significare, quae ab Aristoxeno philosopho et a posterioribus accurate disputata sunt. Nimurum veteres, ita ut nos, in infinita sonorum serie, naturalibus vel unius toni vel hemitonii intervallis servatis, septenas voces ita comprehendebant ut ambitus ille vocum efficeretur, cui nos nomen damus *ottava*, ii autem appellabant voce graeca *diapason*, i.e. διὰ πασῶν, ut quattuor vocum seriem appellabant *diatessaron*, διὰ τεσσάρων, quinque *diapente*, διὰ πέντε. Nos rationem omnem musicam iis modis complectimur, quos vocamus *modo maggiore et minore*; qui ita intervalorum serie differunt, ut cum maior post duos tonos habeat hemitonium, sequantur rursus tres toni, et denique hemitonio altero claudatur series, hoc pacto:

do re mi fa sol la si do  
1 1 1 1 1 1 1

minor modus contra post unum tonum hemitonium statim habeat, tum duo toni succedant, et alterum hemitonium, claudant agmen toni alii duo:

la si do re mi fa sol la  
1 1 1 1 1 1 1

Iudem modi non ignoti erant Graeci; vocabant eos *lydium* et *hypodorum*. At practer hos plures alios, intervallis varie succendentibus, distinguebant, quarum enumeratio haec est:

modus mixolydius	si do re mi fa sol la si
» lydus	do re mi fa sol la si do
» phrygus	re mi fa sol la si do re
» dorius	mi fa sol la si do re mi
» hypolydus	fa sol la si do re mi fa
» hypophrygus	sol la si do re mi fa sol
» hypodorus	la si do re mi fa sol la

Non est dubium quin si melos vel cantilena quaedam fiat alio vel alio modo, velut Lydio magis quam

hypodorio, dorio magis quam mixolydio, audientium animos varia ratione teneat et varios motus excitare valeat; at minime hinc clare patet, cur Plato mixolydium et lydium modum a civitate tollendum censeret simul cum lydio, phrygium autem et dorium toleraret.

Probabilorem, ut mihi quidem videtur, Socratis carum harmoniarum interpretationem dedit nuper D. B. Monro, professor Oxoniensis, in opere cui titulus: *The Modes of ancient greek Music* (Oxford, Clarendon Press, 1894). Doctus hic vir omnibus locis non solum Platonis et Aristotelis, sed etiam poetarum qui ante fuerunt et recentiorum qui de re musica praecelta tradiderunt, diligentissime persensis, demonstravit ea quae vocata sunt genera diapason, quamvis veteribus illis non ignota, ab usu tamen aliena diu mansisse; Platonem vero de harmonia μιξολυδιστi et ceteris ita locutum esse ut accutiores vel graviores sonos significaret quibus uniuscuiusque gentis musici modi constarent. Videlicet in rebus musicis nihil videtur maiorem vim habere in animis afficiendis et hoc illuc movendis quam sonorum et cantilena vel acumen vel gravitas. Ut enim in oratione intentio vocis, remissio, flexus pertinent imprimis ad movendos audientium affectus aliaque vocis modulatione concitationem eorum, alia misericordiam petimus, ita in canendo quoque contentio vocis et acumen longe aliud efficeret quam remissio et relaxata gravitas; quarum rerum altera ad concitatos animi motus, ut amorem, dolorem etc., exprimendos aptior, altera cum animi remissione et quasi ludo cognitionem habet, mediae autem voces placidae quietaeque constantiae conveniunt. Hinc facile in Platonis loco de quo sermo est, explicabis voces σύντονος et χαλαρά, quarum nullam probabilem interpretationem Westphall et Gowaert dare valuerant.

De hoc argumento singula persequi non est huius loci, quamquam sentio quam iciuna et ad persuadendum parum accommodata sint verba hactenus facta; adeat igitur, si quis lectorum huius rei erit curiosus, optimam Monrois commentationem; ibi enim copia et gravitas argumentorum largiter siccitatis et inopiae praesentis damna pensabit.

F. RAMORINO.

#### DE MONUMENTO CARDINALI LAVIGERIE ERECTO

DOMINICA nuper elapsa die mausoleum cardinali Lavigerie primum in Carthaginis metropolitana aede detectum.

Archiepiscopus Carthaginensis, amplissimus vir Combès, sacra pergebat coram pluribus episcopis praecipuis, que aliis qui cardinali Lavigerie operam suam praestitere. Astabant solemini ritui rev.mi Livinhac, qui Africæ Christi praeconibus praestet; Strecker interioris Africæ vicarius apostolicus, cum Louail eiusdem religiosæ familiae in provincia rectore; aderant etiam Millet, negotiorum pro Gallia illic curator, atque huic adscitus Revoil; duces Larchey et de Sermet; ceteraque aliquid munieris publici in colonia gerentes, quique in ea praecipiuum obtinunt locum.

Sub sacrae caerimonie finem cardinalis Perrauid illum est extinctum funebri laudatione prosecutus est, de qua editum compendium.

Ait inter virtutes cardinalis Lavigerie praecipuam eni- tuisse caritatem. Ipse contra servitutem primus certamen instituit, licet admodum aetate provectus, nationumque rectores incitavit, adeo ut antequam moreretur gaudio exultare potuerit propter Bruxellense foedus, quo lege sanctius est servorum mercionii finis, non tenui huius labantis saeculi laude.

Compertum habebat vir eminentissimus servitutis proximum servari potissimum per Islamismi processum: hinc Evangelii pœnum ardorem erga Macometanos excitavit, atque anno MDCCCLXVIII ad evulgandam Christi doctrinam primam Societas fundamenta posuit, quae a Cabylia usque ad Saharae et Sudani terminos interioris Africæ silvas suis inhumatis ossibus disseminavit. Dignum pro libertate opus quod homines ad veritatem conquisivit! Gesta tanti viri perspicue in hoc monumento expressa quod est instar poematis. In eo enim Cabylia mulier infantulum quibusdam christianis Nigris ostendens, quorum compedes fracti facient spectantium oculos attrahit animosque quam penitus commovet!

Haec praeterea addidit insignis orator: Duobus ante annis quam moreretur, affirmaverat Lavigerie se vitam et libertatem serere. Dixit quam verissime; laetor autem me id confirmare coram hoc Galliae praesule reliisque sive administratoribus sive exercitus ducibus quibuscum nostrum consaluto vexillum; laetor etiam inconsultorum hominum iniurias refellere, quibus tanti viri gesta insectari haud erubuerint.

Postquam autem meminerit de leone a Samsonе integrum, cuius in ore apes alveare considerant, pater purpuratus Perrauid extincti summi viri firmitatem animi ac constantiam caritatem mollitam luculentissima oratione exornavit.

Dicendo autem finem imponens: Iacet hic, inquit, huius Africæ christiana et gallica leo Samson noster; quem mors quidem eripuit, sed Deus caritatis ipsius opera praesidio suo fovebit ac fecundabit.

LAElius.

#### LEOPARDIANA <sup>(1)</sup>

Ex amplissimis honoribus, quibus Iacobi Leopardi memoriam anno nuper elapo centesimo ab eius ortu in pluribus Italiae civitatibus celebratam accepimus, nota dignam existimamus doctam orationem quam de insigni poeta Lucidus Maria Parocchi S. R. E. pater purpuratus ac Leonis XIII in Urbe vicarius habuit ad adolescentes socios romani coetus a divo Sebastiano nuncupati. Spatii angustiis vetamur quominus singula sapienter dicta illustremus; ea tamen summatis atque obiter attingere studebimus.

Statuit in primis egregius concionator miserum vatem christiana fidei solacio in aspero vitae curriculo minime fuisse recreatum; nihil igitur mirum si dubii tenebris mente obcaecatus, nullaque spe nixus, omnes et omnia vehementer fastidierit, despicerit, atque asperrimis verbis fuerit prosequutus. Quod patet abunde ex eius scriptis, praesertim ex litteris ad Petrum Iordanum: « Sono stordito del niente che mi circonda » etc., ex quibus insignis literatorum censor Franciscus De Santis recte concludit Leopardi animum a christiana fide omnino recessisse. Id etiam carmen, quod inscribitur *A sé stesso*, luculenter demonstrat:

Or poserai per sempre,  
Stanco mio cor etc.

Ex his, ceterisque id genus locis iure merito infert orator funestam Kant et Ioke doctrinam in Leopardii animum irrepsisse: quin etiam, eiusdem iudicio, exortales Schopenhauer sententiae ex Leopardianis scriptis nuper enumeratis quasi compendiaria ratione eluent. Neque id efficit ut magis magisque praelatus poeta litteris excelleret; sed contra ex dubiis atque animi aerumnis, quibus diu noctuque vehementi-

(1) Giacomo Leopardi se fosse stato cristiano. Conferenza letta al Circolo Romano di studi « San Sebastiano », la sera del 26 novembre 1898 da S. E. il Cardinal L. M. PAROCCHI, vicario generale di Sua Santità.

tissime angel profectae sunt retur quomodo corporis viri plene perfect ingenium, et eas exquisitis que hominem severis discip

Deinde qu gnis poeta, si ex eius mente procerissimor nati aequoris, praetergreditu carmine, quod terea Iacobum ad sublimia in

liquido colligitur ratione sciscitari ciendi latebras potuit ut nobili immenses rerum ret, ad Deum i valeret? Atque non excuteret e tenebris non tal

Notandum i Leopardii menti animi motus per ex sexcentis tu locis evidenter e lippi Oltonieri, e sem vatem, si on studium contulit contendere potu nostris temporib sensibus perpen et quasi natural

Solutam Le doctissimus sim priisque vocabu praestantem, in dicat. Hinc si an illustrato Iacobu navasset oper exemplar poster Pascal de princ Castiglioni, Tord dicendi ratione

Leopardiana

(1) Ut in Can

tissime angebatur, adversae valetudinis non paucae profectae sunt cause; quo factum est ut prohibetur quominus tota animi contentione, totisque corporis viribus permagnum susciperet opus, quod plene perfecteque lectoribus exhiberet et acre eius ingenium, et magnam vim fingendi res animo, atque eas exquisitissimum in modum sentiendi, totum denique hominem mirificis praeditum facultatibus, quae severis disciplinis firmatae sint atque expolitae.

Deinde quaerit orator, quid futurus sisset insignis poeta, si divinae lucis radii dubitationis tenebras ex eius mente dispulissent. Leopardiana enim musa procerissimorum montium ardua cacumina, intermatri aequoris, immensique caeli amplitudinem plane praetergreditur, atque altiora appetere videtur, ut ex carmine, quod *Infinitum* inscribitur, cerni licet. Praeterea Iacobum Leopardium suapte natura natum esse ad sublimia inspicienda, quae Christi fides ostendit,



liquidum colligitur ex facili familiarique, ut ita dicam, ratione sciscitandi naturam, eiusque intimas inspi ciendi latebras (1). Qui enim, inquit orator, fieri potuit ut nobilis ac delicatissimus animus, qui huic immensae rerum universitati tam perfecte adhaeret, ad Deum ipsum ac divina se se attollere non valeret? Atque utinam divinae fidei lucem ex animo non excuteret et miserum in modum funestis dubii tenebris non tabesceret!

Notandum insuper, pergit orator, perspicacem Leopardii mentem acri vi praeditam fuisse intimos animi motus perspiciendi ac penitus pervadendi, ut ex sexcentis tum poematum cum solutae orationis locis evidenter eruitur. Vide, sis, *Sapienter dicta Philippri Ottonieri*, ex quibus facile conicies, Recinetensem vatem, si omnes et animi et corporis vires in hoc studium contulisset, cum Theophrasto et La Bruyère contendere potuisse, quorum primus antiquis, alter nostris temporibus maxime excelluit in intimis animi sensibus perpendendis atque in sua cuiusque forma et quasi naturali nota describendis.

Solutam Leopardii orationem vero concionator doctissimus simplicitate attica ornatam, selectis propriisque vocabulis auream, puro sermone italicico praestantem, ingenita dicendi ratione illustrem indicat. Hinc si animo seculo atque caelestis fidei luce illustrato Iacobus Leopardius conscribendis operibus navasset operam, perfectissimum solutae orationis exemplar posteris reliquisset, adeo ut cum Blasio Pascal de principatu contenderet, atque Balthassari Castiglioni, Torquato Tasso, Galileo Galilei eloquenti dicendi ratione praestaret.

Leopardiana autem poesis Graecorum venustates,

(1) Ut in *Cantu Asiae pastoris errantis* videre est.

Lucretii Virgilique afflatum redolet, atque ab Ali gherio, Petrarca, Parini, Foscolo, ceterisque, quotquot in Italia floruerunt, insignibus poetis exquisitissimam hausit artem. Ea igitur musa, divinae fidei innixa, ad altissima ceterisque italicis poetis impervia felici ausu provolatura fuisse videtur. Quin etiam de patria, de humano genere bene optimeque meritus eset praeclarissimus vates, si eius carmina, remoto exitialis dubii veneno, in adolescentium animos potuissent nobilissimos excitare motus, eosque ad optimam ducere.

Recinetensem vatem igitur animi aerumnis exagatum ac dolore confessum venia dignum existimat purpuratus orator, atque auditores hortatur ut numquam a christiana fide recedant: nam qui a Christo abhorret, a vera sapientia abhorret, etiamsi Aristotelis ingenio sit praeditus, vehementique odio homines prosequitur, etsi mitissimum Titi animum gerat.

JOSEPH.

### ASCENSUS IN ALPES

*Longa, praevalida fultus arundine,  
Cui ferrata subest cuspis, in ardum  
Vir fortis, pede certus,  
Montem nititur Alpium.  
  
Illum, dum properat, sol ferit igneus;  
Lassat longa dies; nec tamen otia  
Carpit: vix aliquando  
Stans, declivia respicit.  
  
Heu! quo progreditur longius, altior  
Montis surgit apex, qui, nive candidus,  
Nubes findit, et astra  
Certat lucida tangere.  
  
At tandem, veteri nectare percitus,  
Supremam glaciem tentat, et (ungula  
Quod vel rupicapraram  
Formidat) petit ultimum  
  
Expugnataque ingum: cui neque lubrica  
Immensi scopuli frons, neque profuit  
Quae, sub fronte, vorago  
Lapsuris hiat horrida.  
  
O iam praeteritis digna laboribus  
Meres! quanta nilet (quae fugit incolam  
Iniae vallis inertem)  
Hoc de culmine gloria!  
  
Caeli quam prope sunt! quam procul urbium  
Hic regnant strepitata grata silentia!  
Hic quam pura renidet  
Nix, impervia gressibus!  
  
Quae florens regio panditur undique,  
Rivis et lacibus dives, et oppidis  
Montanisque decora  
Pagis atque mapalibus!  
  
Ut sol turrigeris ludit in urbibus!  
Ut flavas segeles, prata virentia,  
Et nigrantis inaurat  
Silvae celsa cacuminal!  
  
Alpini veluti montis, in arduo  
Stat virtutis apex, stat sapientiae.  
Huc ascende: superbis  
Mox donabere praemiis.*

F. X. REUSS.

### DE LYRICIS HORATII CARMINIBUS

COGITANTI mihi saepe numero et illorum temporum memoriam repetenti, quibus, ob renovatas tum latinas, tum graecas litteras, ingenia quam plurima excita atque multorum operum perfectione sunt illustrata: utilissimum fore videtur hac nostra actate, ad antiquitatis latinac auctores animos convertere, atque ut studiosa manu illi scribendi dicendique magistri saepius versentur, incitare. Quibus equidem legendis nonnulli si darent operam, nec profecto conclamarent inutiles, aut putarent, nec ipsos fructum poeniter inde perceptorum. Tantum enim in iis inest pulchritudinis naturalis ac iucunditatis, tantumque ad limandum iudicium efficiatatis, ut vix aliquid melius possit.

Horatium vero elegi, de cuius lyricis carminibus, haud « insigne, recens, indictum ore alio » scriberem, sed quod docto cuilibet idem et multo plura peritiori stylo tractare suadeat, quo de litteris promovendis bene mereatur, atque de praceptoribus, quorum in gratiam hoc in eximio commentario plurima, puto, possent explicari.

Poetam rem dicunt volatricam atque mutabilem. Si ita se res habet, nullus magis Horatio poeta. Quem enim invenire est cuius fuerit animus tam promptus ad multa praeclare tractanda, eaque maxime diversa? Inest quippe in eius lyricis carminibus (ut de ceteris operibus nunc taceam) mira rerum varietas. Alias tenuia suavibus molibusque numeris tractantem miraris; alias paulo maiora canentis elegantia permulceris; alias denique grandiorum sententiarum magnitudine abreptus, totus in admirationem converteris. Idque magis mirandum, lyram horatianam, quod caput artis iure dixerim, tam bene ad singula dicensi genera fuisse attemperatam, ut in tendendis remittendisque nervis, nec impensi laboris, nec sudoris ulla sit suspicio. Fluunt namque numeri ex animo vero vividoque sensu commoto, quod poetarum, nemo non ignorat, maxime proprium esse volunt. Atque hac in re, quorundam censorum iudicio suffragari nolim, qui lyricum calorem Horatio denegant, solaque illum elegantiae leporisque cuiusdam eximii laude commendant (1). Ut quisque sapit, sic iudicet. Nec prohibendum. Admiror tamen, in illo praeclarissimarum rerum gustu, si spiritu qui in carminibus horatianis regnat, contacti non fuerint. Ego quippe (non quod iudicio exquisitori polleam, dicam vero quid sentiam) Horatium ex iis quae canit vere et maxime affici perspicio. Quam enim comis, laetus atque festivus, sive gratias iis agat quorum benevolentiam liberalitatemque est expertus; seu amicos ad se in villam suam acciens, rusticationis vitaeque hilarioris laudibus permovere studeat! Ut naturae rerumque omnium specie delectatus, se summi poetae gloriam consecuturum profitetur: « Sed quae Tibur aquae fertile perfluent... Fingent Aeolio carmine nobilem! » Quam exsultanti spiritu virtutem praedicat, sive hanc « recludentem immeritis mori caelum », sive hac « innixos heroas arces attigisse igneas » ostendat! Quam graviter atque vere miserias sentit « fugacium annum » et « instantis senectae, indomitaque mortis » memoria afficitur! Quae in illo vis animi, et quam nobilis indignatio cum in effrenatam aetas suea licentiam invehitur! Quanta denique (nec enim omnia vel percurrere licet) spiritus magnificentia, quanta generositas cum in deorum heroum, Augusti praesertim, laudes, divino quodam afflatus instinctu, rapitur! Tunc iam non legere, sed eodem quo poeta motu efferi tibi met videris.

Atque haec, quo sermonis artificio conscripta fuerint, quomodo dicam? Neque enim illud est quod paucis ex libusque verbis possit explicari, atque sine sagacitate et tenuissimo pulcri sensu. Hoc tamen unum vehementer demiror, Horatium id genus dicendi elegisse atque tenuisse, quod maxime teneat eos qui legant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet.

Delectat profecto apud illum sententiarum amplificandarum exornandarumque mira secunditas, quibus carmini suo maiestatem coloremque vere lyricum conciliat. At

(1) Inter eos apud Gallos Villemain.

vide, quam non fusum id aequabiliter per omnia carmina, sed ita multiplice ratione variatum atque distinctum, ut, non modo quaelibet quae tractantur res suo colore depictae, sed etiam quae retractantur, novo quodam vigore donatae, novisque luminibus fulgidae videantur.

Delectat profecto illarum imaginum copia quibus omnia quae dicit sub sensum cadunt, veroque motu agitari videntur. At non cincinns ac fuso animus offenditur, nec nimio fulgore sensum vis unquam hebetatur, aut nimia voluptate satietas commovetur. Delectant quidem sententiarum progressio atque numeri illi, quibus, fluvii instar, carmen unumquodque fertur. At non idem omnium cursus: nunc enim remissus atque mollis, nunc paulo laetior atque hilarior, nunc vero citassimus, prout argumenti postulat indoles. Delectat demique concisa quedam brevitas, quae, ut fortasse quandoque operosior, ne scio tamen quid nervosum masulumque orationi confert.

anatomicae artis studio perinsignem, Pergamis elaboratam fuisse, uti partem monumenti quod in ipsa urbe ad celebrandam Attali regis contra Celtas victoriam iamdiu fuisse erectum.

CAIUS.

## NITITUR IN CAELUM VIRTUS


ILLUD vetus ac notissimum praecepsum: « In medio virtus », quod verbis mutatis Ovidius tribuit Phoebo, filium pertinacem quid sit iter per astra docenti, est nobis in animo contra nonnullos ineptos refellere; quod si nimis generaliter adhibeat, nemo est quin cernat tam iustum inveniri quam ipsum contrarium: « Audaces fortuna iuvat », et cetera eiusdem generis.

Res humanas curare, dummodo arceantur infamia et

Asiae contra duxit Xerxes ad imbuendos sanguine campos inopis Atticae: et Hannibal, cum toties exercitum reipublicae cecidisset et fugasset, postremo obrectatione civium atque invidia devictus, Italiam relinquere coactus est. Quid tamen? Non exitus rerum inspiciendus, felix an infaustus sit; sed magnitudo operis ac voluntas, quae eo magis admiranda est quo ad magis ardua et insolita vertitur. Nonne igitur ad insolita tendebat Aegypti, cum ad custodiā pyramidum altissimas regum statuas erigerent, quae etiam nunc Nilum terrere videntur? nonne Graeci, illas heroum divinas imagines fingentes, quas cunctas supereminet figura Herculis? nonne Romani in magnificissimis triumphis et spectaculis Amphitheatro Flavio paribus?

Nec minus inter homines admirationem laudemque obtinent omnia quae praeter consuetudinem sint. « Homo mediis », ut verbo Horatiano utamur, « vana species

Si quis tame qui, errores tali directo itinere a semper reprehensione il culpa ipse remot et ab iniuriis acc vestrum macula enim animo alio in eodem errore de Hannibale aut nec debuisse Na brumas copias si res ita se hab conceperant.



Quae cum ita sint, mirum videri non debet si Horatius fere omnibus, qui litterarum periti sint, maxime arriserit. Atque utinam non tam libidini qua nonnulla inquinavit carmina, quam virtuti a se passim magnificientissimis laudibus praedicatae, servire voluisset! Is ille ingenio erat, si purius vixisset, ut et antiquorum potuisset et futurorum forte poetarum superare gloriam. Quanto quidem studio integrum hunc litterarum cupidae iuventuti commendaremus! Sed, ut omnes persuasum habent, parum casta in edendis horatianis carminibus prorsus expungenda sunt; atque fecisset Deus ut in aeternum periissent! Cetera vero legere atque perpendere, optimum: non enim solum acuere maximopere, sed etiam alere ingenium possunt.

I. LEMETTE.

paupertas, ius ac virtutem defendere, modo ne invidiae et incommoda suscipiantur, proprium est homunculorum qui ad servitatem atque inanem vitam nati sunt. Vir fortis ac nobilis longe alter se gerit.

Aetas enim hominis qui postremus caeli imaginem conspexit, sed acrior et audacior se regem adfirmavit naturae, atque nunc ipsam antiquae matris faciem permutat, hic oceano partem imperii eripiens, illic porphyreticas molas montium solo aquans, saeculis volventibus non sicut acies in ordinem recensendae praetereunt, sed sicut commoti fluctus qui oppositas rupes pulsant, quatunt, eventunt. Quorum certe fastigium occupat vis ingenii, quae in armis extulit imperia Alexandri et Caesaris, in litteris carmina Homeri et Dantis, in doctrina tot inventa ac potius miracula temporum recentiorum.

Si excellentissimis viris, in longo et arduo virtutis itinere, quotiescumque a mediocritate discedunt, casus metuendi essent, progressum admodum parvum fecisset genus nostrum: illi vero, ut propositum contingenter, nullum neque periculum neque laborem adire dubitaverunt, quin etiam, in suscepito consilio omni ratione permanentes, mortem, execrationem et ruinam laeto animo obirent.

Caelo ignem detulit Prometheus, qui postea nives Caucas et Iovis sagittas ferre debuerit: Aeneas, Troia protinus, mare transiit et ad inferos descendit, ut maxima gloria gentem Romanam conderet. Fortissimos iuvenes

somniantis » dici potest: viros omni tempore praesens animus decet. Quis rosam non carpet aculei metu? quis non vitam in discrimen committet, ut patriae atque humano generi serviat et gloriam consequatur e summo virtutis vertice ridentem?

Dantes, dum fastidiosissimae poenae damnat inertes, « Deo et Lucifero invisos », sua ipsius vita mirabilem adolescentibus exemplum fortitudinis praebuit. Quot eius incommoda in exilio, quantus amor patrias aedes revendi! Si maximus ille vates homo medius fuisse et inter adversos rei publicae fluctus prudenter enavigasset, spes reditus certe non defecisset eum, sed vis cum constantiae tum dignitatis, quae interdum ipsi poetae virum anterferunt. Non, mehercule!, in diurna pugna, quae vita dicitur, aut prima fronte, aut in acie novissima stabunt fortis. Errabitur: assidui tamen triumphi clades reficiunt.

Nobis igitur, ut ad summam veniamus, cari sunt qui audent, agitantur, moventur. Facultas, quam Graeci *ἀπρᾶξιαν* vocant, erit fortasse deorum et ferarum propria; hominis non est: quod autem non est humanum, a nobis alienum putamus. Deus militem fortunet, qui bellicis carminibus ebrius, arma capit causa ne nota quidem, sed a republica decreta: Deus in misericordiam accipiat eos omnes, qui aliquando naturae obsequentes, indulgent voluntatibus legesque interdum violent civiles et humanas.

## GLADIATOR MORTI PROXIMUS

SATUAM graeci artificis sub oculis ponimus in mu saeo ad Capitolium servatam, quam merito maximis existimant qui de historia atque artibus disserunt.

Ex indiciis quibusdam Gallum eam dicunt, nempe de his unum qui in amphitheatre arena cum sociis suis, acriter pugnans, districto ense, occubuit.

Attamen viri eruditissimi autuant, statuam ipsam,

**EX**  
De caeli plaga in  
impræsentia

**V**ENIA data,  
tavia, o bo  
non tamen sermo

Ac primum q  
Gallia, vel apud a  
eruditissimi, de ca  
Rhenum, Mosam  
revera se res hal  
plum? Quartum  
inter paludes et  
nes: unde iam tu  
hirsutum, naso r  
amnes, sol latet  
aer, tepidus et cl  
luce qua et domu  
in pictorum qu  
exquisite a vetus  
fortunate, de qu  
tamen hyems est,  
bruarius.

sanguine campos  
xercitum reipubli-  
rectatione civium  
coactus est. Quid  
felix an infastus  
uae eo magis ad-  
insolita vertitur.  
gyptii, cum ad cu-  
stas erigerent,  
? nonne Graeci,  
es, quas cunctas  
omani in magnifi-  
phitheatro Flavio  
nem laudemque  
em sint. « Homo  
, vana species

Si quis tamen hic quaerat, quo nos tendere videamur, qui, errores tali modo tuentes, non timeamus gentem a directo itinere avertere et ad peccatum incitare, nos vitia semper reprehendere et plorare profitebimur: sed in hac reprehensione illius Divini doctrinas sectari, qui ab omni culpa ipse remotus, tamen improbae feminae miserabatur et ab iniuriis accusantium his verbis vindicabat: « Si quis vestrum macula purus est, primus lapidem iniciat ». Quo enim animo alios contumelia ac minis afficiemus, cum in eisdem errores et nos incidere soleamus? Iam facilius de Hannibale audimus male bellum in Italiam tulisse, nec debuisse Napoleonem de media Gallia ad nordicas brumas copias producere. Qui sermo idem non esset, si res ita se habuisset, ut vastae mentes auctorum initio conceperant.

T. C.

## §


Ceterum qui sanguine, ut nos, Latinus (nam si procul ab Urbe scribo, natalitiis Gallo-Romanus sum tam paternis quam maternis, immo uxore Italus), et inter Latinos plerumque vitam toleravit, nihil non mirabitur, maxime quod ad commercia, huius gentis ingenium semper erectum, menteisque ad varia variam ultra quam nobis credibile sequioribus ad illa. Quippe, non sine quodam errore, heredes sumus Romanorum et multi inter nostros qui et militem et forensem extollunt, de negotiatore cum M. Tullio sentiunt qui in libro *De officiis* scripsit « admodum vituperandam » esse negotiationem. O sententiam malam et stolidam planeque exuendam! Sane nemo non agnoscit et doctum iuriscon-

## DE SANCTI IOACHIMI TEMPLO

**D**OMINICA Sexagesimae, die quinta februarii, lapis a spiculis demissus est in fundamenta aedium, quas sodales a SS. Redemptore templo urbano S. Ioachimi adstruere parant. Lapii rite benedixerat archiepiscopus Patrem, Iosephus M. Costantini, summi pontificis a secretis eleemosynis. Hoc templum pontificium, ut omnibus sane innotuit, curae atque administrationi memorati Instituti religiosi ab eodem pontifice superiore anno commisum fuit.

Caeremoniae interfuerant, praeter alios viros conspicuos, rev.mi DD. Nazarenus Marzolini et Hippolytus Onesti; item complures ex laudatis religiosis, quos inter eminebant superior generalis Mathias Raus et procurator generalis Petrus Oomen.

Sancti Ioachimi templum multis et claris operibus



Virginius Monti pinxit.

## EX BATAVIA

De caeli plaga in Batavia. - De Batavorum rebus impraesentiarum.

**V**ENIA data, quandoque vobis ex « ultima » Batavia, o boni, scribam, et ex ipsa Erasmi urbe, non tamen sermone erasmianus; haec nunc accipite. Ac primum quidem, plerique vel in Italia, vel in Gallia, vel apud alias Europae gentes, homines etiam eruditissimi, de caelo earum regionum quae sunt inter Rhenum, Mosam et Scaldim longe alter sentiunt ac revera se res habent. Vin' tu, candide lector, exemplum? Quartum annum heic dego medias, si velis, inter paludes et fossas, et sane iam ad septemtriones: unde iam tu me, ut e longinquo, vides pellibus hirsutum, naso rubescente praे gelu et nive. Stant amnes, sol latet omnino, ut credis. Minime. Suavis aer, tepidus et chrysanthinus clara perfunditur ac miti luce qua et domus et arbores et animalia et homines in pictorum quasi spectaculum proponuntur, tam exquisite a vetustis Parrhasii aemulis expressum et fortunate, de quibus Batavi merito gloriantur. Et tamen hyems est, cum nondum excesserit mensis februarius.

sultum et illustrem magistratum et inclytum militem pluris esse inter ceteros. At is male intelligit nostrorum temporum conlectationes, quas quis recte « pro vita » ipsa esse dixit. Et qui hic vivit inter eos homines qui honestissimum simul ac amplissimum mercatura lucrum faciunt, plurimum patriae ipsi conseruentes, dum sibi ipsis consulunt, is non dubitat ut aiebat magnus quidam olim apud Gallos vir, maxime publicis rebus implicitus, et agriculturam et commercium duo veluti ubera reipublicae esse quies populus aleretur.

Quid autem melius huius portus indefesso labore? Ne noctu quidem rudentes gubernaculaque silent. Undique nauta nautam diversissimis compellat linguis: veniunt et ab ultimis Seris, veniunt et a septemtrionibus, veniunt et ex Africa naves innumerae ad amphorarum (1) usque xxiv millies mille mensuram quotannis. Et ista natio numero parva: unde locupletissima. De quo deinceps, si Deus dederit, disseremus, ne ea prima epistula ultra modum prolatetur. Vobis omnia fausta et felicia.

M. Lucius MICROVIR.

(1) Amphora hic pro metro cubico usurpatur.

praesertim udo illitis, omnium plausu exornavit egregius pingendi artifex Virginius Monti eques.

Hic autem aere incisam lectoribus proponimus tablam quae SS. Sacramenti triumphum reprezentat ab eodemclaro artifice in abside depicta.

A. P.

## DE VENETI DUCIS PALATIO

**D**ECEM dilabentium saeculorum testis, frustra coniurantibus adversum incendiis et reipublicae mutationibus, exstat adhuc celeberrima moles, totidem quasi geminis ornata; quot annis.

Monumentum ingens italicae gloriae et artium optimarum, marmore non insculptu sed veluti mollito ostendit quid humana possit industria, quid humana mens possit. Diceres architectonicae somnum Palladis, quae visa in somnis marmore dolaverit. Quicquid possibile factu est sive taenii vittisque decurrentibus, sive frondibus, sive floribus, sive foliato opere, sive modulis, sive coronis, sive capitellis iugiter iisdem et semper disciplina diversis, sive rectis ac politis columnis, sive hisce singulis, sive congregatis, sive serpentum modo innexis, lineis, scutis, arcibus, chimaeris, imaginibus phantasticis, omne illic profusum at non effusum est, ita ut suo quaque loco

sit res, summam rerum omnium et singularum regente ac disponente sapientia.

Haud aliter appetet Venetiis palatum illud imperatorum ducis, cui par est nihil, quo nihil magnificentius, et cui nullus quidem poterat congruus addici locus praeter forum, ubi evangelistae Marci patroni templum adest. Basilicae huic nulla compar et aqua platea; aedificio huic neque templum, neque platea ulla praeter hanc opportuna et apta censenda.

Hoc invisitum et admirantium iudicium iam percrebit saeculis, nec defluxu temporis immutandum; pars enim caeli dilapsa in terras habetur.

At nunc trepidantibus et horrentibus quotquot pulchrum artium semet disciplinis imbuerunt, repente rumor affert: faticere omnia, et, nisi opem ferant qui possint et iure valeant, brevi futuram ruinam.

Commotae sunt nuntio gentes, et universus pene terrarum orbis ingenuit.

Nobis, qui proximiores loco sumus, remque et homines nostris pene intuemur oculis, dicendum de re est, tum caritate patria, tum ut lectores nostros moneamus, quos optima sollicitudo perturbat.

Sunt quaedam quasi fatalia aedificia, quae nec semel, nec bis ad subversionem ira petivit, ac tamen alite fausto iugiter restiterunt. Inter haec enumerandum censemus palatum istud, quod Urseolus I dux (anno 976, 978) inchoavit, Urseolus II, primi filius (anno 991-998), Othonus III imperatore hospite admirante, complevit.

Hi duo autem viri, iam deletum incendio vetus palatum, duce Candiano IV, olim Agnello Participatio duce conditum, a fundamentis eodem in loco restituerunt.

Iterum debacchatae sunt flammæ anno 1105, ac mirabile subverterunt opus, quod illico restitutum ab Ordinalpho Faliero hospitem accepit imperatorem Henricum V anno millesimo centesimo ac decimo sexto.

Quae nunc in aedificio habentur inter XIV ac XV saeculum erecta dicenda sunt.

Operis architectus non Philippus Calendarius, olim sculptor, sed Petrus Baseius et Henricus quidam rectius dicendi; quamvis in aperto sit, certo hos fuisse operibus faciundis praefectos, non operis architectos. Verus et genuinus inventor aedificii ignoratur adhuc, si tamen unus dicendus sit, qui ad haec et varia et diuturna se ingeniose porrexerit.

Anno 1574, et iterum anno 1577, extremo hoc etiam

funestius, arserunt incendia. Senatus venetus, quindecim percontatus architectos, quos inter Palladium, aedes reficiendas curavit, atque ita ut nihil de antiquo immunitetur, contra opinante Palladio ipso. Sic integra, qualis ante fuit, exstat moles.

Postquam, elapsa iam saeculo, transalpinis armis a fraudibus Veneta respublica extincta est, pene spoliatum divitiis palatum ad deteriores usus gubernantium redactum est; mox, Napoleone I iubente, musaeum archaeologicum et bibliotheca Marciana sexcentis librorum millibus constans hoc deducuntur.

Immane hoc pondus non ultima nec parva praesentis damni causa censenda est. Quod quidem damnum nullum erit, si Guido Baccellius, cui tanta optimarum rerum cura est, nunc in hisce providendis alter a rege, ea quae dicta sunt, nulla interposita mora, perficerit.

H. DE VECCHI-PIERALICE.

### IN ALEXANDRI VOLTA HONOREM

PAPIENSIS Sancti Severini Boetii consociatio monum nuper edidit cuius haec pars praecipua:

Mox saeculum claudetur ex quo Alexander Volta mirabilis sua pilae invento scientias ornabat, quo Italiani nostram renovati humanioris per terrarum orbem cultus gloria etiamnum augebat.

Obmutescat ne sub tantae rei centenarium recursum itala iuventus, nec quidquam vel civitas vel athenaeum praestabunt ubi illi tantus vir se ipsum patriæ atque imperitiae gloriae devotus.

Procul hoc a nobis: socii universitariae consociationis a Sancto Severino Boetio hortantur ut secum de honorando Volta modum aliquem constitutatis, cui certi accedant italas universitates frequentantes.

Ut hoc per scriptum ad fines universitatis affixum innotuit, iuvenes frequentes in theatrum, ut aiunt, anatomicum convenerunt atque hic, reiecta cuiusdam novitatis cupidi propositione, fere universi in hanc sententiam consenserunt:

« Qui in athenaeo Papiensi discipuli adstant in coemum congregati Alexandro Voltae in primi saeculi exitu ab inventa pilæ honores decernunt ».

Itala iuventus hoc nobile exemplum imitata, ubique

locorum Alexandrum Volta celebrandum curat. Neque mihi hoc loco silentio praetereunda videtur illa quæ vulgo *expositio universalis* vocatur. Haec in eius honorem Novi Comi, ubi Volta natus est, paratur ac electricitatis, pene dixerim, historiam omnibus exhibebit. De ea tamen fusius in posterum.

ALPHA.

### TREMULUS DAEMONIS SONITUS

VULGO IL TRILLO DEL DIAVOLO

MENSE exacto, Romæ in scenis actum est magistri Stanislai Falchii opus, cui titulus *Tremulus Daemonis sonitus*, vulgo *Il trillo del Diavolo*.

Fabulam scripsit Hugo Fleres, cui occasionem tituli praebuisse videtur, quod de se enarrat Iosephus Tartinus, praeclarissimus fidicen saeculi elapsi, seu, ut clarus loquar, instrumenti pulsator, quod italicice appellatur *violino*. « Quadam nocte, per insignis ait musicus, mihi in somnis Daemon visus est officia, ut famulus, mirum in modum mihi metuere: quum meas fides illi pulsandas praebuisset, maximam ac pene dicam incredibilem sui admirationem insuetu sonitu in me coniecit: adeo ut vehementissimus animi motus me somno illico excitaverit. Sonum, quem paulo ante arrestis auribus accepere, instrumento iterandum tota animi contentione suscepit; iteratum, musicisque notis expressum, *Tremulum Daemonis sonitum* appellauit ».

Haec tituli ratio; pauca nunc de ipsius fabulae nexus. Prima operis pars Venetiis in domo cardinalis Cornaro noctu locum habet: dum enim in aula, quæ vitrea eluet fronte, excellens Tartinus suavissimos nervorum elicet numeros, foris in contiguo solario mare prospicienti Georgius Faliero, qui Ioannam cardinalis neptem perdite adamat, una cum nobilibus foeminiis ad musicem invitatis asperiora verba de Tartinio facit, qui ei de rivalitate contendere videtur. Haec suspicio in Georgii animum ab Ardelio iniicitur, qui Daemonis personam sustinet, eorum, nescio qua ratione, indutus vestibus, qui Deo inserviunt. Deinde Ioanna una cum Tartinio foras ex aula veniens, exquisitissimam eius artem laudibus cumulat, qui suavissimis pueris prosequitur verbis; ita ut ambo vehementem amorem, quem pectora sovent, sibi

lugubri ululatu gemituque edito, fit omnium fuga praeceps, urgente terrore: facies erat discriminis universi.

Verum, ubi restituta quies respirandi spatium dedit, plurium invidia in misericordiam conversa, variae huc illuc subortae sunt querimoniae; iniuria affectum supplicio sanctissimum hominem, veri praeconem, virum plane divinum, qui vel mortuos excitat. — Vae tibi, Hierosolyma! — audita vox est; alius vero: — Terra tremit.

Gliscentem rumorem interceptit iterum repellenta lux fulgoris, et, proli miserum, subito ictu concidit Anthea. Ad novam causam terroris fit raptim cursus; at brevi. Nam sedato statim turbine diffusus tenebrae omne lumen eripere. Simul aestus tam gravis afflat, vix ut anhelis naribus captari aura dueique spiritus queat.

— Abscedamus — inquit Cinna.

— Sine, quaeso, aliquanto diutius, rursum ut videam hominem.

Tunc Cinna iussit admoveri lecticam crucibus. Intendebat mulier oculorum aciem in medium lignum, quasi in obscuriorum tractum nubis, in qua libratum corpus collucere videbatur; adeo, recedente vitali calore, expalluerat. Dum vero notat attentius et refugientes oculos, et collapsa tempora, et difficili anhelitu agitatum pectus, confusum repente auditur murmur: mox horrifica luce micat fulgor ingenti fragore. Terra contremet: incondito clamore, seu verius

Deum ipsum, nime licet apparet, solutio. Num vindi nodi scilicet genio indignu-

mutuo patet  
cantus aequo  
Faliero una  
chores agit  
serenae specie  
tiam exprimit  
certamine, q  
ergo, brevi  
nam sit, qui  
dignitatem id  
turi prodeunt  
ex aequoris  
In altera  
narco nox inc  
spiciuntur sca  
ornatae per  
panduntur ca  
Georgius, gra  
prosequatur a  
gius se inter  
impetum faci  
reis descendit  
quibus vicissim  
dium prodit  
men maledic  
daci infligit  
Ioanna fugan  
tiens, ut extr  
veniam vehen  
ciens, in mon

In tertia op  
frontem in ce  
confudit musi  
et quum insta  
se adstrinxit  
venit, ut viru  
Ardelio adiut  
cuta, eique a  
adhus libera  
quissimus in  
sua spe fallat  
supplex occu  
adprecatur, u  
mus fidicen  
accipiuntur p  
supremo ausu  
iterat Ardelli  
citur Tartinu  
Ioannae atque

Hactenus  
in artis pae  
mon Horati

Nec D  
Incideri  
Deum ipsum,  
nimis licet app  
solutio. Num  
vindi nodi scilicet  
genio indignu

Sed veniat  
venustatibus, e

Plausu dig  
aula, quamvis  
plane respondit  
logus. Iucundu  
proficiscitur; iu  
culum admiratur

audientium an  
tereundus vide

quum Tartinu  
cum Georgio

curat. Neque  
detur illa que  
eius honorem  
ac electricitatis.  
t. De ea tamen

ALPHA.

SONITUS  
OLOm est magistris  
*Tremulus Da-*

casione tituli  
plus Tartinus,  
ut clarus lo-  
pellatur *violine*.  
mili in somnis  
rum in modum  
pulsandas pra-  
dibilem sui ad-  
it: adeo ut ve-  
lico excitaverit.  
bus acceperam,  
ntione suscep-  
*tulum Daemonis*

as fabulas nexus.  
inalis Cornaro  
ae vitrea eluet  
nervorum elicit  
ospicienti Geor-  
em perditae ada-  
usicen invitatis  
ei de rivalitate  
eorgii animum  
onam sustinet,  
ibus, qui Deo  
artinio foras ex  
laudibus cu-  
r verbis; ita ut  
ore fovent, sibi

um fuga pra-  
minis universi.  
andi spatium  
im conversa-  
oniae; iniuria  
em, veri pra-  
mortuos exci-  
dita vox est;

um repentina  
ictu concidit  
raptim con-  
urbine diffra-  
ore alloquens  
internitente,

itis omnibus,  
e pendet re-  
s oculis, ore  
nanentes la-  
ssit!

que redditum  
quidam ad  
m hominem

NGELINI.

mutuo patefacere minime dubitent. Nocturnus interea cantus aequoris oris extollitur. Quum autem Georgius Faliero una cum ceteris viris ac matronis in aulam ad choreas agitandas ingreditur, Tartinus in solario, noctis serena spectaculum admiratus, suavi cantu animi laetiam exprimit. Sed ab Ardelio fit certior de singulari certamine, quod cum Georgio Faliero, Ioannae amoris ergo, brevi initurus erit; dum ab Ardelio sciscitur quinam sit, qui de armis atque amore loquatur, cum ipsis dignitatibus id minime conveniat, ex aula in solarium abi- turi prodeunt invitati, iterumque nocturni cantus melos ex aequoris litora per aera effunditur.

In altera fabulae parte hortum domus cardinalis Cor- naro nox incubat: sinistrorum ingentes marmoreae prospiciunt scalae floribus plantisque in altum repentibus ornatae per quas ad aedes ascenditur; dextrorum ferrei panduntur cancelli, per quos caute cum Ardelio intrat Georgius, gravem Tartinii ultoram iniuriam, qui Ioannam prosequatur amore. Dum nequam Ardelii consilio Georgius se inter arbores abdit, ut ex improviso in amatores impetum faciat, Ioanna ac Tartinus e gradibus marmoreis descendunt, de suavibus animi sensibus colloquentes, quibus vicissim excitantur. Ira interea inflammatus in me- dium prodit Georgius, Tartinumque ad singulare certamen maledictis lacessit; qui postquam lethale vulnus audaci inflixit aemulo, Ardelii consilium iniens, una cum Ioanna fugam arripit. Hinc Georgius se in eo esse sentiens, ut extremum edat spiritum, ab Ardelio culparum veniam vehementer efflagitat, qui se Daemonem pateficiens, in morientis animum terrorem inficit.

In tertia operis parte scena spectatoribus exhibet templi frontem in celebri Assyrii coenobio, quo praestantissimus confugit musicus, ut e cardinalis Cornaro ira se eriperet, et quum instantem mortem, Deo iuvante, effugisset, voto se adstrinxit mundi illecebras deserendi. Huc Ioanna con- venit, ut virum dilectum a proposito dimoveret; atque, Ardelio adiutore, quum coenobii praeisdem esset allocuta, eique anteactae vitae occulta aperiusset, Tartinum adhuc libera perfui voluntate rescivit. Dum igitur ne- quissimus insidiarum molitor, Ardelius, valde metuit, ne sua spe fallatur, Tartinio limen templi petituro Ioanna supplex occurrit, lacrimisque etiam atque etiam illum adprecatur, ut ab incepto desistat. At vero praeclarissimus fidicen templum ingreditur, iamque a longe auribus accipiuntur preces, quae sacro ritui praeludunt, quum supremo ausu « tremulum Daemonis sonitum » fidibus iterat Ardelius. Suavissimis musicis lenociniis adeo allicitur Tartinus ut, voti immemor, e templo egrediatur, Ioannae atque artis cedens amor.

Hactenus fabula, quae laude mili digna videretur, nisi in artis praecelta Ardelii persona offendret. Ut enim monet Horatius,

*Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus  
Inciderit,*

Deum ipsum, seu qui divino funguntur ministerio minime licet appellare, quo fabulae nodi facilior habeatur solutio. Numquid viis omnibus praeclausis, nulla alia solvendi nodi scriptori supererat ratio? Hugonis Fleres ingenio indignum id mili prorsus videtur.



Sed veniamus ad musicen, quae insignibus exornatur venustatis, etsi non omnibus omnino emendata vitiis.

Plausus dignus habetur in primis Tartinii sonitus in aula, quamvis prolixior, qui antiquae canendi ratione plane respondet; notandum actorum facilis in solario dia- logus. Iucundus nocturnus cantus, qui ex aequoris oris proficiscitur; iucundior qui ex ore Tartinii noctis spectaculum admirantis facile profluit, adeo ut illis verbis

*Notte, o notte serena,*

*O divina follia,*

audientium animi vehementer excitentur. Nec mili prae- tereundus videtur ille Ardelii cantus

*Sol pensate che il viscido*

*Verme.....*

quum Tartinio suadet singulari certamine ob rivalitatem cum Georgio Faliero dimicandum esse.

In altera operis parte, quae feliciori arte mihi confecta videtur, acerrimus Georgii dolor musicis numeris plene exprimitur, illis verbis praesertim

*O folle, o primo ed ultimo amor mio,  
Dal funesto etc.....*

Spectatorum aures mulcere videtur Ioannae ac Tartinii dialogus; quum autem utriusque verba suavissimo deliciatore sociantur vinculo, valde vehementes in audi- tium animis excitant motus. Plausus etiam dignissima iure meritoque mihi videtur Georgii interitus scena, quum instrumentorum sapienter ordinata collectio ita morientis exprimat aerumnas, ut intimos animi sensus musicis omnino pervalet, incredibilemque in audientes coniurat admirationem sui. Eoque magis hanc scenam laudibus exornandam putavi, quum iniuria a spectatoribus plerunque silentio praetereatur.

Tertiam inuenit partem auditores aliquantulum fa- stidire videntur, quum aliquid varietatis desideretur: nota tamen dignas existimamus Ioannae preces tum ad Vir- ginem, cum praecipue ad coenobii antistitem. Praeterea in Tartinii dialogo cum Ioanna musiche identidem ad al- tiora attollitur, praesertim quum per insignis lyristes fu- gam, atque instantem mortem, quam effugerit, anxia memorat comiti.

Sed exquisitissima huius partis scena habetur, quum Tartinus iam se sacris in templo vestibus induatur, musicis Ardelii lenociniis raptus, foras egreditur. Sa- pienter enim Falchius « tremulum Daemonis sonitum », quem fidibus iterat Ardelius, paucis primum, dein pluribus, postremo instrumentis omnibus increbescenti vi iteran- dum curat; adeo ut quum tubae quoque tremulo atque acutissimo perstrepunt sonitu, gravi in templo concinente choro, audientium animi vehementissime permovereantur, ac manus ipsae sua sponte ad plausum agitari videantur.



Fateor tamen melos, quod ex Falchiana musa facile promanat, audientium auribus nec semper suavissimo blandiri lenocinio, nec semper in eos excitare vehementes animi motus. Notandum insuper non omnia, quae ex actoribus musicis simul instrumentis concini audiamus, liquido semper percipi posse, ut in ea scena vide- est, in qua et nocturnus nautarum cantus, et vivax Ioanna cum Tartinio, Georgii cum Ardelio dialogus, et musi- corum concentio instrumentorum arrestis auribus simul accipientur omnino opus est, quod, meo quidem iudicio, impedit quominus musicae venustates plene perspiciantur.

Ceterum, nemo est qui non videat Falchii opus polita, imo identidem exquisitissima arte confectum esse, quod paucis operibus sorte contigit: quare egregium musices cultorem vehementer adhortamur, ut maiore animi contentione novum conscribendum suscipiat opus, quod plane perfecteque votis omnium respondeat.

HERSILUS.

## IN MEMORIAM

His exactis diebus peculiari laude digni interierunt:

Sophiae in Bulgaria, pridie kal. febr., **Maria Aloisia** ex regali familia Borbonia. Nata Romae die 17 mensis Ianuarii anno 1870, nupsit anno 1892 Ferdinando Coburgo Gotha Bulgariorum principi. Quattuor reliquit liberos: Clementem, Cyrillum Henricum, Eudossiam Augustam, et Nadejdam modo natam. Multis praeditis virtutibus, pietate praesertim in Deum et caritate in pauperes, pingendi artem, musicen, litteras magna cum laude coluit.

Mortis instantis conscientia, virum mira animi tranquillitate complexa est, eique: Morior, inquit, sed tecum semper ero; tibi enim e coelo et liberis consulam et patria. Filio maximo natu deinde: Quum ad regnum perveneris, fac ut rectus et bonus semper permaneas.

Eius immaturam mortem, vix enim trigesimum aetatis at- tigera annum, omnes boni lugent.

Genuae, iii kal. febr., **Hiacynthus Rossi** episcopus. Natus anno 1826 Sarrotae prope Albingaenum, inter divi Dominici sodales, ordinem eorum amplexus, plurimum pieque vixit. Episcopus Leucensis ecclesiae primum, deinde Lunensis et Sarzana nensis anno 1881 creatus est.

Bononiae, **Joseph Turrini**. Ortum habuit Anii in regione Tridentina anno 1827. In atenaeo Bononiensi philologiam indo-europeam duo de quadraginta annos tradidit.

Rome, idib. febr., **Carolus Napoleon**, princeps Ca- nini. Natus erat anno 1839, et in eo defecit genus virile Luciani Bonaparte, fratris Napoleonis I.

Skyren apud Krossen, in Borussia, viii idus febr., **Georgius-Leo comes Caprivi**. Natus Berolini anno 1831, stipendia summa laude fecit; bellis contra Daniam, Austriam et Galliam interfuit, in eisque opera eius existimata est magni; quare ad maiores militiae gradus ascendit.

Anno 1890 magnus imperii cancellarius a Guillermo imperatore creatus maxima prudentia perarduo functus est munere.

C.

## FRUSTULA

## De mense februario.

**S**i quod anni tempus requiratur Romanorum menti oculisque subiiciens hoc vitae nostrum certamen, gaudii vices et doloris perpetuo servans, haud dubie februarium mensem indicem. **Genitalibus** enim, **Lupercalibus**, **Quirinalibus**, **Apollinaribus**que cum ludis per mensem actis, iusta parentum, a **xiii kal. mart.**, **funebria** celebrata, pugnabant. Cum autem diuturnitate temporis defunctorum ritus eorumque memoria recolenda ab hoc mense defluxerint, sed tamen ludi ipsi immodicæ licentiae minime concidere; quin etiam in unum collecti, orgiis iis, quae vulgo **Bacchanalia** dicimus, originem praebuere. Quamvis enim alii alia sentiant, sive ex Graecorum Dionysii, sive aliunde huc usque perdurantia **Bacchanalia** deducentes, ex solemnibus iis, quae supra memoravi, et ista orta esse existimo: praestat quidem corundem dierum per annum decursus, praestat et mos. Plebi ut aliquid libertatis simulacrum praebetur, quotannis ab **viii id. februar.** **Genitalia** in dicta, cum omni via quilibet capienda voluptatem; **Lupercalia** vero per dies octo agitantur a **xv kal. mart.**, patribus peculiariter reservata, qui tantum hircina pelle circa ventrem induti, Luperci numinis instar, Urbis vias discurrabant. Mulieribus quoque per illos dies - in quos etiam **Quirinalia** in- cidebant - eadem ac virorum erat agendi ratio; quod haud temere ad affirmandum me inducere videtur, hinc et vestium immutationum et caput obvolvendi personaeque etiam suscipiendo nostrum usum fuisse deductum. Neque minus **Apollinaria** freni licentiae dabant, cum, Apollinis in honorem, matronae, eaque verecundia praeditae, publice epulari, ac incundo cuique animi sensui parcere non dubitarent.



## Alia mensis februarii apud Romanos so- lemnia.

Speciali nota dignae occurunt februarii idus, Fauno, pastorum numini, dicatae, cuius sacra agebantur in Tiberina Urbis insula. Dies autem x ante **kal. mart.** **Vinalis** dictus est: tum vero Iovi Opt. Max. recentis vini, nuper ex cadis reliniti, libamen Flamen Dialis offerebat, quot verbis mero ministrante sibi quisque fingat. Postero die, sex passuum millia a Capena porta **Terminalia**, atque **vii kal. mart.** alterum **Regifugium** celebrabantur; **Funebria** demum ad **xiii kal. mart.** statuta.



## Februarii mensis nomen.

Mensem hunc, anni apud Romanos postremum, **Termino** numini dicatum Festus scribit; verum et **Plutoni**, **Neptuno**, **Iunonique** consecratum a nonnullis

aceperimus; quin etiam a *Iunone Februa* mensis nomen ortum duxisse multi affirmarunt. At vulgaris opinio a *februando* nomen acceptum refert; *februa* enim sunt appellata piacula illa in mortuorum solamen acta, de quibus nuper inter solemnia mentionem fecimus. Februarium mensem *Elaphemonion* Athenienses dixerunt; *Potitum Macedonii*; *Romaeum Cyprii*; *Mechi Aegyptii*; *Gerestium Lacedaemonum*; *Harungum Germani*; *Speargell Belgici*, etc.

¶

*Nondum praecepit hiems...*

Multa in proverbio communi versantur dicta de frigore nequaquam mense februario remittente. Cum itaque tempus non abhorreat, de hiemibus rigidissimis aliquid liceat disserere, ut maiores defleant potius, seque ipsos miserari tandem aliquando desinant, qui nimio hiemis rigore conquerantur.

Ut enim multa nec satis certa praeteream, quae de remotissima antiquitate feruntur, anno Domini DCCXL Adriaticum mare totum hiemis algore glacie concrevisse; tribus vero saeculis post, idem Pado flumini et insimul Rhodano evenisse constat, ut pluribus locis per vitream eorum superficiem cives siccō pede transirent. Quid plura? anno MCXXII hiemis rigor eo processit, ut vinum dolis occlusum per domos et caveas omnes gelu coactum inventum fuerit. Anno autem MCCXXIV Venetae lacunae immane quasi speculum constituerunt, per quod cives, idemque personati, frequentissimi deambulabant. Sic, anno MCCXC, Rhenum flumen apud Braysach urbem omnino riguit; anno autem MCCXX Balticum mare, Codania ab urbe ad Dantiscum usque; atque anno MCCXXXIV omnium septentrionalis Italiae fluminum rigente glacie cursum stetisse, apud coaeuos historicos compemus. Nec satis: currus namque per Rhodanum flumen Arelatem prope, Narbonensis Galliae urbem, transisse novimus, idque Danubio pariter contigisse, perque decursum omnem, anno MCDXLVIII; riguisse quoque Internum mare semel atque iterum anno MCDXCIII intra Ianuae portum, et anno MCDXCVII Massiliae in litore accepimus, cuius pariter cives, una cum Venetiarum incolis, annis MDLIX, MDCXI, et MDCCXXXVIII eadem mirati sunt. Prodit ecce Carolus rex, qui anno MDCLVI flumen, quod *Bel* nuncupant, magnis non tantum copiis, sed etiam tormentis bellicis impedimentisque transivit; nec Sequana tamen, nec Tamesis flumina a gelu rigore immunia evasere; alterum enim anno MDLXXVI per quinque et triginta dies, alterum annis MDCLXXXIV et MDCCXVI hieme consistere visa sunt. Ad ultimum, Venetae iterum lacunae annis MDCCXXVIII et MDCCXLIV eodem rigore sunt contractae; sed cum ex inordinariis ac mirificis eventibus, qui nec nocentes esse videantur, laetitiae occasio plerumque exoriri solet, ad ferias et convivia per glaciem undique celebranda cives concurrerunt, insolitum ferme hiemem vini calore lenituri; quod et hodiernis frigore torpibus, ut idem faciant, libenter suadeo.

¶

*Iocosa.*

Infelix quidam, cui magnus erat in pectore gibber, exterum oppidum ingrediebatur. Illi impolitus homo occurrit, qui miseriae irridens, ab eo curnam asperam ante se gestaret, quæsivit. Cui gibbus: Necessæ quidem, inquit, dum terram latronum attigimus.

FORFEX.

*Salutis publicae causa rei familiaris commoda negligenda.*

(CAES. B. G. 7, 14).

## ANNALES

De Turcarum imperii bellico apparatu. - Commentarius *L' Osservatore Romano* et de armis deponendis contio. - Caesar (Czar) et copiarum imminutio. - Negotium dreyfusianum.

**S**OPHIA ex urbe Bulgariae principe ob animorum omnium perturbationem, qua Macedones agitantur, cives regni proceres vehementer esse commotus deferunt commentarii. Reipublicae Turcarum procuratores multa Macedoniae oppida (*vilaiet*) administranda tradiderunt militum potestati, quæ in incolas aspere se gerens de die in diem irritat animos.

Bulgariae principes, Russiae et Austriae-Hungariae consiliis obsequentes, nullius esse partis professi sunt; metus tamen est ipsis, ne Bulgari, propter Macedonia studium, ad seditionem moveantur, invitis Bulgariae reipublicae moderatoribus, et a regno deficientes oppressis fratribus auxilium ferant.

Ex ingenti belli apparatu, quem Turcarum imperium instruere studet, videre licet quam difficilis sit Macedonum quaestio.

His enim diebus in Macedonia pervenerunt tormenta et bellicae arculae in usum tertii copiarum agminis.

Huc accedit quod omnia in Macedonia stativa praesidia muniuntur opibus, velut si bellum sit inferendum. Iam decretum est ut per partes improvisa militum, quos dicunt *redif*, instructio impertiatur.

Eandem Turcae habent rationem Thessalonicae, Monastir, Ueskiib et Kossowo in urbibus, in quibus bellicae res alacritate et studio praeparantur, ne Macedonum sedatio Illyricum invadat veteremque Serviam.

Septentrionalem Macedoniae regionem tres defectorum cohortes peragunt, ut animos fratrum excident ad deficiendum a Turcarum imperatore. Quod quidem confirmatur ab huius procuratore nunciis mittendis, qui, ut solet, in latronum gregem convertit defectores, a militibus turcis vexandum.

Turcarum imperatoris consilium innumeritas misit copias in regionem quam nominant *Rodope*, in quam omnes seditiosorum vires convenire solent ut in mutinissimum locum, ut ex seditionibus praeteritis coniici licet.

★

In concertationibus atque dissensionibus italicarum ephemericidum de probabili pontifici legati accessu ad conventum de armis deponendis, commentarius *L' Osservatore Romano* magna cum prudentia ostendit immoderatum disceptatorum modum, qui defendere student, ultra nationi iniuriam inferentes, quod legi opponitur pontificiae dignitatis tuendae. Ob hanc legem cum pontifex declaratus et habitus sit princeps, nihil impedit quominus in omnium nationum coetu pro maiestate et auctoritate sua pacis proferat verba, ut est in omnium votis: iure enim suo hac uitir in re.

Ex eodem commentario colligitur, Russorum imperatorem eodem prorsus modo cum pontifice se gessisse, quo cum ceterarum gentium regibus aut moderatoribus.

Qua ex re nemini dubium esse potest, quin eius sit in facultate adhibere pro tempore eas rationes, quae melius ad pacem conferant.

Cum igitur sit ipsius in hoc exercere potestatem, nemo cuiusvis nationis homo publicus rem ita perturbare potest, ut ab illo coetu legatus pontificius arceatur. Quod qui agat inconsiderate agit, nec bene consultit rebus publicis.

★

Fama fertur Caesar (Czar) incepitis favens suis mox certiora facturus regna, se militares vires et bellica instrumenta velle imminuere. Quod quidem prosperum eorum initium haberri debet, quae sibi a principio obtinenda proposuit.

★

Dreyfusianum negotium Gallorum animos in dies magis exagitat. Diximus iam ad supremum iudiciorum magistratum delatam fuisse sententiam de quaestione recognoscenda, et esse dubium an potestas militaris, penes quam secretiores tabulae adhuc permanent, has tradere constitueret potestati civili.

At hisce extremis temporibus praefectus gratiae largienda et iustitiae reddenda iussit quaestionem utrius supremorum iudicium ordini, eorum scilicet qui civiles quique capitales dirimunt lites, esse recognoscendam. Quod cum ad nihil ius publicum et civile redigat, legibus obstare visum est.

Ita cum res se haberet, quaestio ut dirimatur ad oratorum popularium publicum consilium delata est.

EGNATIUS.

## AENIGMATA

Quæ *prima* hic aderunt quod non violabile signant.

*Altera*, quæ, o lector, tonsa retensa geris.

*Integra* sunt unum, duo sunt, sunt quattuor, immo

Si tres adiicias, templa Deumque sonant.

Nasceris his, vivis, moreris, depasceris hisce;

Ecquid si tollas? Nil tibi Christus habet.

★

Mons me inter gemitus *primum* primo edidit ingens,  
Et genti exiguus ridiculusque fui.

*Altera* Penelopis fovi sine labo pudorem;

Quid mihi? Liquerunt femina virque simul.

*Coniugio* hoc animal cunctis inamabile nascor,

Exosumque avibus tigride et angue magis.

X.

*Ex sociis* qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorum miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet:

## HISTOIRE DE L'ART CHRÉTIEN

AUX DIX PREMIERS SIÈCLES

par l'abbé F. R. SALMON, opus magnificis exornatum figuris.

Solutiones aenigmatum quarti numeri:

*Indus-tria.*

*Canis-ter.*

Eas miserunt multi; sociorum autem haec sunt nomina:

Excell. A. M. Grasselli, Archiepiscopus, *Viterbo*; Petrus Monti, Episcopus, *Tibure*; Clarissimi viri P. Fr. X. Reuss; Eduardus Bianco, *Roma*; Aloisius Cappelli, *Sena Julia*; Adolphus Artioli, *Ferraria*; Ferdinandus Ferrari, *Guastalla*; Antonius Faklic, *Tergeste*; Aemilius Chatelain, *Parisii*; Miss R. E. White, Newmhan College Cambridge, *ex Anglia*; B. Campagnelli, *Reate*; Cyrillus Zucchetti, *Gratianopolis in Gallia*; Abraham Marchio, *Genua*; I. Damiani, *Sancto Ignatio P. O. in Americae septentrionalis civitatibus foederatis*.

Sortitus est praemium

ALOYSIUS CAPPELLI

ad quem gratis missus est libellus, cui titulus:

CARMINA ITALICA

S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO

CUM METRICA VERSIONE LATINA

quæ concinnavit

P. FRANCISCUS XAVERIUS REUSS

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

RERUM ELENCHUS TERTII NUMERI HUIUS ANNI

Maiora imperia quae nostra aetate habenda sint . . . . .	EUCALYPTUS.
De Isaaco Thoma Hecker . . . . .	C. I.
Franciscus Coppée poeta . . . . .	D. TAMILIA.
Ex Gallia. — De Galliae conditionibus in praesentiarum	SENIOR.
Latinae adnotatiunculae . . . . .	F. R.
An florum usus fuerit in exsequiis veterum christianorum . . . . .	I. BONAVENIA.
Gustave Zédé navigium in mare nuper deductum . . . . .	LAELIUS.
De Iudaica gente in Europa . . . . .	B. NELLI.
De Judith tabula Petro Aldi auctore . . . . .	I. CACIOLI.
In memoriam . . . . .	C.
Anthea ( <i>Eamus ad Ipsum</i> ) . . . . .	P. ANGELINI.
De California eiusque incolis . . . . .	ALPHA.
De nebulosis inter sidera Orionis et Cete . . . . .	H. D. V. PIERALICE.
Bacchanalia romana ut olim celebrata, ut nunc . . . . .	FRANC. X. REUSS.
Gratus Columbianorum animus in Christum Iesum . . . . .	N.
Annales . . . . .	EGNATIUS.
Acta Sanctae Sedis . . . . .	THOMAS.
Logographus . . . . .	C. DE ANGELIS.

APUD FORZANI ET SOCUM, EDITORES  
ROMAE - Via Dogana Vecchia, 26 - ROMAE

D I V I

THOMAE AQUINATIS  
ORDINIS PRAEDICATORUM DOCTORIS ANGELICI  
SUMMA THEOLOGICA

AD EMENDATORES EDITIONES IMPRESSA  
ET ACCURATISSIME RECOGNITA



EDITIO

A LEONE XIII P. M.  
gloriose regnante  
aureo numismate donata



INDICES nova prorsus methodo et ratione ita sunt digesti, ut  
uno in conspectu tota rerum expositio pateat.

Opus integrum (pag. 5030, in-8) venit L. 15.

I. Romanini et Soci

ROMAE

VIA TOR MILLINA, N. 26-28

PRAEMIIS DECORATUM OPIFICIUM

Sacrarum Supellectilium textili disciplina fabrefactarum  
sive phrygio opere, sive damasceno, sive acu discriminatarum,  
sive auro, sive argento,  
sive sericis intertextarum, item siqua sint ad Eccl. usum

Ibi et Calices, Ostensoria, Pyxides, Lampades, Reliquaria,  
Thuribula, Acerrae,  
ex argento, ex cupro, deauratae, deargentatae.

¶ Suppeditor SS. D. N. Papae ¶

VENALIUM INDEX IMAGINIBUS RERUM DISTINCTUS GRATIS DABITUR

Francesco Ciappone et Soc.

OFFICINA  
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

Eques PHILIPPUS VITI  
MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, N. 51 e 52 - ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

Uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

# FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud VOCIS URBIS Administrationem.

## URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios VOCIS URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

apud VOCIS URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

# LE LAUDI LATINE

## IL CANTICO DEL SOLE

E

SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, ad quem proxime aliis subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compendiam, **Iulius Salvadori**, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud *Vocis Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

# DESCLÉE, LEFEBVRE & S.

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

PARIGI - LIONE - LILLA - TOURNAI - BRUSSELLE - BRUGES - GAND - MALINES - ANVERSA - TOLOSA

## LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE — Via Santa Chiara, 20-21 — ROMAE

**E**PHEMERIDES LITURGICAE. Annus XII. Publicatio mensilis. Quaestiones liturgicas, sive quod theoricae sive quod proxim spectat, pertractat; Decreta S. Rituum Congregationis, opportunis commentariis additis, evulgat; cui accedit Appendix continens quaestiones cum Liturgia relationem habentes, et Decreta aliarum Congregationum. SS. D. N. Leo Pp. XIII eas plures benedixit ac peculiari honorifico que Brevi donavit. — Pretium consociationis: pro Italia, Lib. 10; pro Regionibus in Unione postali comprehensis, Lib. 11; pro ceteris regionibus, Lib. 12; pro unoquoque numero, Lib. 1.

**S**anctissimi Domini Nostri LEONIS PAPAE XIII Allogationes, Epistolae, Constitutiones aliaque acta praecipua (1878-1894). — 5 volumina, in-8. Veneunt Lib. 2.50 singula volumina. Sextum volumen sub paelo est.

**I**N CONSTITUTIONEM APOSTOLICAE SEDIS, qua censurae latae sententiae limitantur, commentarii, auctore JOSEPHO Card. D'ANNIBALE. Editio quarta, curante FEDERICO Can. POLIDORI, ab ipso auctore ultimis studiis notabiliter emendata et aucta. — Vol. unicum, in-8: Lib. 2.50.

**I**NSTITUTIONES LITURGICAE in Seminariorum usum, quas FRANCISCUS STELLA P. C. M. Liturgicæ Academiae Florentinae moderator conscripsit. Editio altera. Ex ephemeridibus liturgicis excerpta. — Vol. unicum, in-8, pag. xvi-424: Lib. 2.

**O**FFICIA PROPRIA PASSIONIS D. N. Iesu Christi iuxta Breviarium Romanum, in-18 (14 1/2 × 8 1/2). — Vol. unicum, pag. 125, rubris et nigris litteris. Solutum, Lib. 1.50; religatum tela, fronte rubra, Lib. 2.25; *bazzana*, fronte rubra Lib. 3.25; *zigrino* nigro, fronte aurea, Lib. 4.25.

Nuperrime edita est:

H. GRISAR S. I.

## STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

TRADUZIONE DAL TEDESCO

Parte I: ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Tria volumina Lib. 20. — Editum est tantum primum volumen. Duo altera edentur mense aprilii. — Tria volumina Lib. 20.

**E**NCHIRIDION ORDINANDORUM, in-18 (16 × 9 1/2), seu liber in quo continentur: I. Ritus integer Pontificalis Romani de confirmandis, de consecratione electi in Episcopum; II. Missa integra a neo-sacerdotibus celebranda; III. Diversae preces clericis et sacerdotibus valde utiles. — Vol. unicum, constans 170 pag. Editio altera. Religatum charta, Lib. 1.25; tela, fronte rubra, Lib. 1.75.

**S**UMMULA ex Formulario legali-practico fori ecclesiastici FRANCISCI MONACELLI deprompta iuxta tertiam editionem Romanam, anni 1844, per Sac. IACOBUM BIELLA. Index secundum ordinem materiarum et Index universalis rerum et verborum alphabeticò ordine digestus. — Vol. unicum, in-4: Lib. 8.

**B**REVARIUM EUCHARISTICUM, in 18 (15 1/2 × 8 1/2), sive Officium de SS. Eucharistiae Sacramento per octavam Corporis Christi necnon per annum, secundum Breviarium Romanum Leonis XIII Pontificis Maximi auctoritate recognitum, additis commemorationibus Sanctorum et lectionibus de Scriptura quae occurrere possunt. — Volumen unicum, ducentas paginas complectens, rubro colore ornatum. Solutum, Lib. 1.50; religatum tela, fronte rubra, Lib. 2.25; *bazzana*, id., Lib. 3.25; *zigrino*, fronte aurea, Lib. 4.25.

**O**FFICIA HEBDOMADAES SANCTAE et Octavae Paschae, in-12 (17 1/2 × 10 1/2), secundum Missale et Breviarium Romanum. Editio completa cum cantu emendato, in qua, a matutino Dominicæ Palmarum usque ad vesperas Sabbati in Albis, Officium et Missa pro maiori recitantur vel adstantur commoditate sunt disposita. — Volumen unicum, paginas xi-16-750 complectens, litteris rubris et nigris, pluribus figuris ornatum. Solutum, Lib. 3.50; religatum tela, fronte rubra, Lib. 4.75; *bazzana*, fronte rubra, Lib. 6; *zigrino*, fronte aurea, Lib. 6.75; *zigrino* perlucido, monogrammatibus auratis, Lib. 11.25.